FER. VI. LECT. EZECHIELIS PRO[PHETAE]

Haec dicit dominus deus. Anima que pecca[ve]
rit ipsa morietur. Filius non portabit ini[quitatem]
patris et pater non portabit iniquitatem filii. Ius[ti]
tia iusti super eum erit et impietas impii erit
super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab
omnibus peccatis suis que operatus est et custodierit
universa precepta mea et fecerit iudicium et
iustitiam vita vivet et non morietur. Omnium ini-
quitatum eius quas operatus est non recordabor. In iusti-
tia sua quam operatus est vivet. Numquid volun-
tatis meae est mors impii dicit dominus deus et non ut
convertatur a viis suis et vivat. Si autem aver-
terit se iustus a iustitia sua et fecerit iniqui-
tatem secundum omnes abhominationes quas o[pe]
rari solet impius numquid vivet. Omnes iu[sti]
tie eius quas fecerit non recordabuntur. In pre[va]
ricatione qua prevaricatus est et in peccato [suo]
quod peccavit in ipsis morietur. Et dixistis non [est]
aequa via domini. Audite domus israhel [num]
quid via mea non est equa et non magis vie v[estrae]
prave sunt. Cum enim averterit se iustus a [iusti]
tia sua et fecerit iniquitatem morietur in ...

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/fragm43/0002
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg